

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Veritas h  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Veritas h:

Qui ueritatem occultat et qui prodit mendacium,  
uterque reus est;  
ille quia prodesse non uult, ille quia nocere desiderat.

Augustinus ibidem (libro de agone Christiano).

Fons proximus:

**Sed contra** est quod Augustinus dicit:

Qui ueritatem occultat, et qui prodit mendacium,  
uterque reus est:  
ille quia prodesse non uult, iste quia nocere desiderat.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 70.1 (P. Caramello ed., p.341).

Fons primus:

Saepe enim evenit ut falsi testes, quando separantur,  
mox mendaces inueniantur: nec sibi blandiatur quis,  
si audiat falsum testimonium dici contra quemlibet,  
et non manifestat, eo quod ipse falsum non dicat:  
uterque enim reus est, et  
qui ueritatem occultat, et qui mendacium dicit,  
quia ille prodesse non uult, et ipse nocere desiderat.

Rabanus Maurus, *Homiliae de festis praecipuis*, 58  
(PL 110, col.109C).